Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8477
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



diximus. Si ante non corruerit
cauterisemus usque ad radicem
dentis cum stilo facto ex cupro.
vtendo prius illius mundificatis
et abstersiuis sicut diximus. Et si
nec sic malicia tollit abscidat
dens. Et si aliquid corruptionis
remanet leui medicamento
tollatur. ¶ Ut vero si corruptio
tradit in os mandibulare aut
maxillare optet ut et largetur
vlnus usque ad os corruptum, de
inde cum instrumentis radendi
totum quod ex osse corruptum est abs
cidat usque dum appareat purum.
¶ Vlnera aut cancrosa herpe
tica curari optet appositione me
dicaminis acuti vna vice post
aliam usque ad corruptionem car
nis cancrose et cessatione cor
rosionis cum successione medi
caminis eius, quod est sicut acetum
squillitinum et simili vice vna
post aliam et cum successione
olei ro. et similiter si dolor et
punctura propter medicamen acu
tum excreuerint vice alia vna
si caro cancrosa multa et dura
fuerit et difficilis consumptionis
per medicamen acuto, tunc cau
terisetur super ipso cum cauterio
ex auro cauterisatione post
cauterisationem usque dum pueri
atur ad vinum, deinde teneat
in ore butirum cum oleo rosarum
aut oleum ro. solum. Et si per illud
aliquid ex cancroso remanserit
curet cum alcalon. ¶ Secundum
genus curationis pfiritur
cum medicamine mundificatiuo.
sicut pricie cortibus thuris
cortis cum vino aut aceto aut
oximelle squilitico et fructu
collutione cum eis, deinde ad
medicamen de cortibus nuci
aut cum dyamoron, deinde ad
cum vngento egipciaco et aceto
squilitico delimatur super
gingiuas quod est sicut cortices

thuris. san. draco. sarcocolla
mirra aloes et similia attribu
endo eis virissimi diem. ¶ Tertium
genus curationis est consolidatio
et preparatio cum medicamine indu
ratiuo et coadunatiuo carnium
gingiuarum. Et nos plura ex hijs
paulo ante diximus in capitulo de
commotione dentium, et similiter
diremus adhuc. si deus voluerit.
Dyascorides. Acetum decoctionis
collocutide aut frustum titi
mali et pricie collutio fita ex eo
confert putrefactionem et colcitibus
gingiuarum et similiter acetum decoc
tionis satureie et oliuarum sil
uestrium et similiter acetum decoctio
nis pistacium salitorum aut ossa pis
cium salitorum et pre cachatha ad
uratur. et cum duplo cineris
eorum ex rosis siccis aut capitibus
suis puluerisentur et limatur
super gingiuas prius cum lotas
et fricatas cum aceto squilitico.
consumit enim putredines gin
giuarum. ¶ Sicut Confectio
medicaminis efficacis ad corro
sionem et putrefactorum gingiuarum
mundat eam eas et abstergit et
consolidat, bonum si des voluerit
Re aluminis iamei assi et extincti
in aceto et auripigmentum, et
tartari ligatorum in pano lineo.
et infuso in aceto die ac nocte
deinde vstorum ut fiat sicut car
bo et extinctorum in aceto an.
ptes. ij. et. s. ossium cancrorum.
assorum rosarum siccarum cum pedibus
suis pipis nigri assi an. ptes
ij. fiat eorum puluis subtilis
et vtere post ablutionem, cum
cum aliquo ex liquoribus quos
diximus. ¶ Johannicius. medi
camen mundans gingiuas et
consolidans et confirmans dentes
et faciens oris odorem bonum.
Re spodij al. ros. keysim. con
busti. an. z. j. et. s. margaritarum